tyranni consistere quid faceret ignorabat. Qui tunc imperatoris oratione perualuit. Angelus enim dei sub scemate pastoris educebat asparem et omnes qui cum eo erant. ac per paludem adiacentem rauenne ad loca sperata peruenerunt. In ea namque ciuitate tyrannus degens habebat exercitum unde nullus aliquando transisse fertur. Tunc ergo deus inadibilem terram fecit adibilem. Transeuntes namque per siccum paludis aquam apertasque inuenientes ciuitatis portas tyrannum quoque detinuerunt. Tunc ergo piissimus imperator reuerentiam quam circa diuinitatem habebat ostendit. Dum enim circum expectaret. nunciatum est ei tyrannum fuisse peremptum. Quamobrem sermonem fecit in populo dicens. Uenite si placet relinquentes hanc uoluntatem et pergentes ad ecclesiam gratificos deo soluamus ymnos. cuius manus tyranni presumptionibus obuiauit. Quo dicto spectaculo cessante per medium circi cuncti cum eo concorditer gratias agentes ad ecclesiam conuenerunt. ita ut tota ciuitas una uideretur ecclesia. uenientesque ad locum orationis iugi die gratias domino retulerunt. Explicit liber undecimus.

*(marginal notes: Angelus in forma pastoris miraculose duxit — perimitur tyrannus)*

## Incipiunt capitula libri duodecimi.

i De ortu ualentiniani principis filii placide.
ii De bonis attici constantinopolitani pontificis. et uti non sit susceptus.
iii De ordinatione sisinnii et moribus ipsius et quia proclus ordinatus est.
iiii De ordinatione nestorii. et que sub eo in ecclesiis mala peruenerunt.
v De epheseno concilio contra nestorium. et constitutione procli.
vi Quomodo iohannis antiocenus cyrillum damnauerit. et iterum facti sunt xpiani.
vii De ordinatione maximiani constantinopolim. et ne sint mortui et re-
viii Quanti episcopi ex aliis ad alias ecclesias sunt mutati. et deorum deceptio-
viiii Quomodo apud cretam quodam iudeo dicente se esse moysen plurimi iu-
x De magno incendio constantinopoli facto et morte maximiani atque consti-
xi De conuersatione et moribus procli. xii De uictoria barbarorum.
Quomodo filia theodosii ualentiniano sit iuncta. xiii
Quomodo corpus iohannis episcopi sit constantinopoli reuocatum. xiiii
Quomodo eudochia uxor imperatoris ad hierosolimam properauit. et fecit epistolam. xv
xvi Quia proclus thalassium senatorem auctoritate sua cesarie capadocie

## IGITUR Incipit liber duodecimus.

Occiso tyranno cogitabat theodosius imperator cui deberet hesperiarum regna committere. Tunc ualentinianus erat ualde puer natus ex matre placidia eius quidem amita filia uero maioris theodosii archadii

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_824/0326